Transmissus huc ab Anglia
propter salutem gentium,
linguâ docebat sobriâ
viam salutis omnium.
Wilfridus almis moribus
Christi probatum militem,
in Merciorum finibus
sacravit hunc Antistitem.
Christi reversus tradidit
fidem Boructuariis,
novamque sedem perdidit
expulsus à nefariis.
Locum colens mox alterum,
qui dictus est in littore,
receptor illic pauperum
toto resedit tempore.
Aditur à fidelibus
sacri sepulchrum Præsulis,
signis enim frequentibus
coruscat & miraculis.
Hujus precatu poscimus
te Christe patris unice,
nos qui Patrono psallimus
vultu sereno respice.
Sit laus Patri cum Filio
in unitate Spiritûs,
cujus remuneratio
sanctos coronat cœlitûs
℣. Amavit eum Dominus
& ornavit eum.
℟. Stolâ gloriæ induit eum.

Ad Mag. Antiphona.

UT levaret publicam
populi ruinam,
non habentis aliquam
vitæ medicinam
Swibertus magnificam
attulit doctrinam.

Oratio in die Obitûs.

DEus qui hodiernum diem sacratissimum nobis Sancti Swiberti Confessoris tui atque Pontificis solemnitate consecrasti: Adesto propitius Ecclesiæ tuæ precibus & præsta: ut cujus gloriamur meritis, ejus precibus indulgentiam & remissionem peccatorum consequamur. Per Dominum &c.

Oratio in Translatione.

DEus qui nos annuâ S. Swiberti Confessoris tui atque Pontificis solemnitate lætificas: præsta quæ-

quæsumus, ut pro nostris excessibus pius intercessor existat, qui tui nominis devotus extitit prædicator. Per Dom.

Oratio in Canonizatione.

DEus, cujus eximia dulcedo S. Swibertum Confessorem atque Pontificem in sua Canonizatione magnificè & gloriosè exornavit: præsta clementer adstanti familiæ tuæ, ut grex devotè sequatur, quò Præsul eximius præcessit. Per Dominum &c.

Ad Completorium.

Hymnus. Aditur. Hujus. Sit laus. *Capr.* Ecce Sacerdos pag. LVI. *ut in Vesp.*

℣. Justus ut palma florebit.

℟. Et sicut cedrus libani multip. &c.

Ad Nunc dim. Ant.

LÆti præveniendo gloriam Festivitatis beati Swiberti electi, Christi Confessoris ejus opis suffragia devotè deprecamur.

Deinde Kyrie eleyson *ut in Psal post* Carnis resurrect.

℣. Justum deduxit &c.

℟. Et ostendit &c.

Oratio Festi.

Ad Matut. Invit.

JUbilet Ecclesia laudem Salvatoris.* Qui Swiberto præmia contulit laboris.

Psalm. Venite pag. 2.

In primo Noct Antiph.

OCcupans Britaniam germen Germanorum, perfudit Germaniam luce filiorum.

Psalm. Beatus vir *ut in Communi Confess p.* LVII.

Ant. Hæc gens illum genuit,
sed postremò natis
primitus enituit
lumen veritatis.

Psalm. Quare fremuerunt.

Antiph. Derivati genere
fide primitivi
fontes suos gignere
desudârnnt rivi.

Ps. Domine quid mult.

℣. Amavit eum Dominus & ornavit eum.

℟. Stolâ gloriæ induit eum

Lect. de Historia pro die Obitûs Cap XXVII. pag. 87.

pro Festo Translat. Cap. III. p. 117.
pro Festo Canoniz. Cap. IX. p. 136.
& per Octavas ut not. in Direct.

℟. I. O quanta præeminuit
Sanctitas Swiberti! *
Per quem Deus voluit
populos converti.

℣. O quanta viri gratia,
qui tot convertit millia!
Per quem:

℟. II. Sed Egbertus destitit
volens prædicare *
Cujus votis obstitit
Cœlum, terra, mare.

℣. Et acceptâ Divinitùs
est visione vetitus.
Cujus votis:

℟. III. Hic licet multiplici
gratiâ dotatus,
per se nihil effici
mœstè contemplatus. *
Misit Apostolici
numerum senatûs.

℣. Duodecimque socios
prudentes & industrios.
Misit Apost. Gloria.
Misit.

In secundo Noct. Antiph.

HOc in cœtu cæteros duo præcellebant:
qui se se Presbyteros
rectè perhibebant.

Psal. Cum invoc.

Ant. Willibrordus presbyter
in supernis totus,
Swibertus æqualiter
simplex & devotus.

Psalm. Verba mea.

Ant. Hi sunt Si Sermonibus
insistatur Bedæ,
pares in laboribus
pares in mercede.

Psalm Domine Dom. noster

℣. Magna est gloria ejus
in salutari tuo.

℟. Gloriam & magnum
decorem impones &c.

Lect. de Hist. pro qualitate Festi.

℟. IV. Willibrordus properè
Romam est profectus. *
Cui pervenit prosperè
duplex hinc profectus.

℣. Papalis benedictio
reliquiarum portio.
Cui pervenit.

℟. V:

℟. V. Veram mox exposuit
rudibus Sophiam.*
Quos reversus docuit
veritatis viam.
℣. Christi jugo suppposuit
quos nullus Regum domuit.
Quos reversus.
℟. VI Adeserti papulis
quibus mors influxit,
sui Christus præsulis
animam reduxit.*
Qui salvandis populis
quia cor indulsit
signis & miraculis
cœlitùs effulsit.
℣. Hujus turbam turbinum
deserens deserti,
& ad Patrem luminum
gaudens se reverti.
Qui salvandis. Gloria.
Qui salv.

In tertio Noct. Antiph.

Swibertus præ omnibus
simplex & discretus,
clarus erat moribus
corde mansuetus.

Psalm. in Dom. confido.

Ant. Concordantes invicem
quotquot adfuerunt,
ipsum in Pontificem
fratres elegerunt.

Psal. Dom quis hab.

Ant. Non omittens quippiam
injunctorum sibi,
perrexit in Angliam
ordinandus ibi.

Psalm. Dom. in virt. tua.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas.
℟. Et ostendit illi Regnum Dei.

Lect. de Hom. Homo peregrè *de Coi Conf. Pont. pag.* LXV.

℟. VII. Exul apud Mercios
Pontifex Wilfridus.*
Morum videns radios
sanctitatis sydus.
℣. Humilitatis Ysopum
sacravit in Episcopum.
Morum videns.
℟. VIII. Præsulis insignia
dignè consecutus.*
Ad Divinos omnia
procuravit nutus.
℣. Viam salutis devios
docens Boructuarios.
Ad Divinos.
℟. IX. Sacris hic afflatibus.
brumas dissipavit.*

Congelatis cordibus
austrum inspiravit.
℣. Et à Borealibus
boream fugavit.
Congelatis. Gloria. Congelatis.
Te Deum laudamus.

Ante Laudes.

℣. Justum deduxit.
℟. Et ostendit &c.

Ad Laudes & per Horas Antiph.

1. TAntis ubi dæmones
bonis inviderunt,
hanc antiqui Saxones
gentem devicerunt.
Psalm. Dom. regnavit
cum rel. p. 19.
2. Fugiens à facie
pius impiorum
se & suos patriæ
credidit Gallorum.
3. Uxor eo tempore
dedit huic Pipini
locum, quem in littore
nuncupant vicini.
4 Hæc Plectrudis nomine
vivens ordinate,
clara fuit sanguine,
clara Sanctitate.
5. Hunc ut illa similem
sibi comprobavit,
Sancto locum habilem
sancta deputavit.

Cap. Non est inventus pag LXVII.

℣. Justus ut palma florebit.
℟. Sicut Cedrus Libani &c.

Ad Bened. Antiph.

IBi sacram posuit
cellulam Swibertus,
carnemque sic domuit
animæ misertus,
qui nec mortem timuit
de salute certus,
ibi vitæ terminus
ibi vir fidelis
migravit, quem protinus
illocavit Cœlis,
benedictus Dominus
Deus Israelis.
Oratio ut in Vesperis.

Ad Primam.

Hymnus. Olim penes Hujus. Sit Laus.
Ant. Tantis ubi.
Cap ut in Laudibus ad omnes Horas.
℟. *breve* Christe fili
Dei cum rel. pag. 29.
Post. Carnis resurrectionem.
℣. Justum deduxit &c.
℟. Et ostendit &c.

Oratio ut in Laud. per omnes Horas.

Ad Tertiam.

Hymnus. Transmissus. Hujus. Sit Laus.

Ant. Fugiens.

℟. ℟. *omnia de Coi Conf. Pont.* pag. LXVII.

Ad Sextam.

Hymnus. Wilfridus. Hujus. Sit laus.

Ant. Uxor eo tempore.

Reliqua ut supra.

Ad Nonam.

Hymnus. Aditur. Hujus. Sit laus.

Ant. Hunc ut illa. *Rel. ut supra.*

Ad secundas Vesperas.

Omnes Antiphonæ ex primis.

Psalmi de Feria.

Cap. Hymnus ut in primis Vesp.

℣. Justus ut palma florebit.

℟. Sicut Cedrus Libani &c.

Ad Mag. Antiphona In die Obitûs ttm.

A progenie in progenies
fecit misericordiam Dominus,
qui eduxit Abraham
de Ur Chaldæorum,
& de ultimis finibus terræ
vocavit Sanctum Swibertum,
ut in hac terra nostra
peregrinus esset & advena,
in illa verò patria Cœlesti
civis sanctorum & domesticus Dei,
ubi nobis à Deo factus Patronus
jugiter intercedat
pro hac sancta plebe
& universis fidelibus.

In Translatione & Canonizatione

Ant. ex primis Vesp. Ut levaret.

Oratio conveniens Festo.

Completorium ut supra præter

Ant. ad Nunc. dim.

Hunc ut illa ℣. *ex Laud.*